

tura camptodroma. Infloresc. capitata, calycis tubus dense pilosus. — f. **csikensis** m., ut prior, sed rami inaequaliter holotrichi, internodio uno altero fere glabrescente, pilis deflexis. Folia superiora late elliptica, media et inferiora elliptico-spathulata, vix obtusa. — f. **transdanuvianus** m., ut prior, sed folia superiora late ovalia, in petiolum contracta, inferiora orbiculari-spathulata, longe petiolata, omnia apice rotundata, ramis holotrichis parum altioribus. f. **obtusus** m., ut prior sed caules et rami pilis patentibus diametro rami brevioribus tecti. — f. **albipellis** m., ut prior, sed tota planta pilis longis patentibus tecta.

ssp. **Th. clivorum** m., caules partim determinati, anno sequente inflorescentia terminati, partim longissime humifusi stolonisantes indeterminati, nervatura foliorum pseudo-marginata. Hung. media et occidentalis. Huc pertinent: a) **typus**, rami floriferi seriatim, pilis deflexis vestiti, 10—20 cm. alti. Folia difformia: illa caulium decumbentium maxima ovata v. late-ovata, 15—20 mm. longa, petiolata, illa ramorum deorsum subito conspicue deminuta, suprema 10—15 mm. longa, orbiculari-ovata, infima minima 5 mm. longa, orbiculari-spathulata, longe petiolata, omnia coriacea, paginis glabris v. hinc-inde pilis singulis adspersa. Inflorescentia globosa, 2. cm. in diam, calyx 4—5 mm. l., inferne magis, superne minus pilosus. b) formae: f. **diversipellis** m., pili ramorum horizontaliter patentem, sursum longi, deorsum minutissimi, ceterum ut prior. — f. **cinosus** m., ut prior, sed tota planta pilis longis patentibus tecta. f. **Borosianus** m., ut typus, sed folia caulium angusta: oblonga vel lanceolato-oblonga. — f. **Huljáci** m., ut prior sed tota planta pilis longis patentibus tecta.

ssp. **Th. praecox** (Opiz) m. Hung. media. f. **fallax** m., a typo differt pilis ramorum deflexis. — f. **leptoneurus** m., nervatura foliorum fere vel definite camptodroma, ceterum ut typus. — f. **petraeus** m., ab antecedente differt pilis ramorum deflexis.

(A növénytani szakosztály 1924. március 12-én tartott üléséből.)

Jávorka Sándor: A magyar flóra néhány új alakja*.

1. *Dianthus petraeus* W. et K.

f. **hunyadense** Jáv. forma nova, differt a typo foliis margine fere usque ad apicem levibus, squamis calycinis exterioribus sensim in aristam 2—4 mm. longam attenuatis, lamina petalorum saepe longius fimbriata.

* Szerzőnek sajtó alatt levő „Magyar Flórájában” szereplő új növényalakok latin diagnózisai.

Habitat in rup. calcareis Banatus ad thermas Herkulis (Herkulesfürdő), montis Arzsána supra thermas Herkulis, in rup. calc. montium Retyczát comit. Hunyad, equidem in cacuminibus „Stenulete,, Piatra Jorgovánului, Vurf Tiocanele, ad fontes fluvii Oláh Zsil (Silû romanescû), ubique cum typo; in montibus calcareis circa opp. Petrozsény specimina jam magis ad *spiculifolium* Schur vergunt, petalisque longius fimbriatis transitum quasi ad eum praebent, lamina petalorum tamen glaberrima nec barbata ad *D. petraeum* W. et K. pertinent. Specimina omnia ipse legi.

2. *Colutea arborescens* L.

f. **monophylla** Jáv., forma (mutatio?) nova, a typo differt foliis foliolo tantum unico terminali praeditis, rhachi foliorum abbreviato.

Frutices in dumetis collis Sándorhegy prope pag. Arács ad lacum Balatonem.

3. *Androsace lactea* L.

f. **carpatica** Jáv., forma nova, differt constanter a typo secretionibus oleiferis punctiformibus brunneis in foliis omnibus destitutis, dum in typo Alpes incolante — monente etiam R. Buser — secretiones haec in striis duabus longitudinaliter percursis adsunt.

Habitat in saxosis calc. Carpatorum a montibus Kis-Fátra et Kriván-Fátra usque ad alpes Fogarasenses Transsilvaniae.

4. **Satureja Brauneana** (Hoppe) Jáv. in Magy. Bot. Lap. XVII. (1918.) p. 50.

f. **transsilvanica** Jáv. forma nova, a typo differt verticillis valde laxifloris, folio fulcrante multo longioribus, foliis saepe parum latioribus.

Habitat in comit. Arad (sine loco leg. Simonkai); Transsilvania, (sine loco) legit Haynald; Berethalom (Birt-halm), comit. Nagy-Küküllő Transsilvaniae, leg. Barth. — Cetera confer Jáv. l. c.

5. *Campanula sibirica* L.

f. **divergentiformis** Jáv. forma nova, differt a typo foliis latioribus, corolla 3.5—4 cm. longa, calycis laciniis usque 1 cm. longis. — Transitum praebet ad *C. divergentem* Willd. in Transsilvania et Banatu nascentem, a qua planta nostra differt foliis angustioribus, versus basin latissimis, corolla quam lacinae calycis multo longiore, caule non prostrato, saepius in parte superiore tantum ramoso.

Habitat in rupestribus calcareis elatioribus montium Bükk in comit. Borsod, in montibus circa Murány comit. Gömör, in praeruptis calcareis fluvii Hernád infra pag. Káposztafalu.

(A növénytani szakosztály 1924. március 12-én tartott üléséből.)